22. Janvier 1360.

Cum certarum Litterarum virtute inclitæ recordationis Domini Genitoris nostri Regis franciæ Episcopo Magalonensi Comiti Melgorii concessarum dictus Episcopus monetarios et operarios in villa Melgorii commorantes coram nostro Senescallo Bellicadri adjornari fecisset Super eo quod dictus Episcopus asseruerat ipsum et suos prædecessores Episcopos Magalonenses esse et fuisse in possessione et saisina pacifica exercendi omnem justitiam tam civiliter

Du vol. 3. Cotte 5. fol. 315. vo

quam Criminaliter in omnes et singulos
monetarios et operarios tam nostros quam
alios in villa Melgorii commorantes
licet nostram apud montem pessulanum
vel alibi interdum cuderent monetam
in jurisdictione ipsius Episcopi
delinquentes et eos compellendi ad
contribuendum Collectis et tailliis
communibus cum aliis incolis et
habitatoribus in dicta villa Melgorii
quamvis interdum nonnulli monetarii
et operarii in dicta villa habitantes
se eximere voluissent virtute privilegiorum
monetariis de sacramento franciae per Reges
franciae hactenus concessorum et propter
Episcopus seu Procurator ipsius Episcopi
petierat coram senescallo praedicto
praefatum Episcopum in sua possessione
manu teneri cum nonnulli monetarii et
operarii in dicta villa melgorii
commorantes ipsum Episcopum impedire

ſua poſseſsione prædicta, requirendo ad probandum præmiſsa adinitti; Procurator vero dictorum monetariorum e Melgorii è contrario propoſuerat quod ſeneſcallus prædictus non poterat nec debebat se de prædictis petitis et requisitis per Procuratorem memorati Episcopi intromittere cum monetarii regni franciæ privilegiati exiſterent inter cætera quod non tenebantur coram aliquo judice in cauſa civilibus vel Criminalibus respondere niſi coram magiſtris monetarum noſtrarum e Regni franciæ, tribus caſibus ſcilicet de furto raptu et homicidio in dictis privilegiis exceptis, quare petierat de dictis privilegiis per Regem franciæ monetariis de ſacramento franciæ conceſsis et per Genitorem noſtrum confirmatis primitus fide facta cauſam et partes coram magiſtris monetarum noſtrarum remitti, quam Etiam remiſsionem ſibi fieri magiſtri monetarum noſtrarum

Sumidrii requisierat privilegiorum premissorum
virtute que exhibuerat coram senescallo
predicto, Cumque dictus senescallus dicto
magistro monetarum Sumidrii remissionem
fecisset eaque per eundem suspensa certo
que processu facto super premissis coram
ipso inter partes predictas idem senescallus
ipsum processum Curie nostre remisit
ipso igitur processu de procuratoris Episcopi
magalonensis et e Monetariorum e Melgorii
predictorum consensu per Curiam
nostram ad judicandum recepto, eo viso
et diligenter examinato dicta Curia nostra
propter nonnullos deffectus in processu
repertos ipsum per suum judicium
annullavit, venient que dicte partes ad
dies senescallie Bellicadri nostri futuri
proximo Parlamenti in statu in quo eram
coram senescallo predicto tempore litis
mote processure super dictis litteris
Regiis dicto Episcopo concessis ut fuit

racionis die xxii^a. januarii anno millesimo trecentesimo quinq.^simo Chatardus Alepoutalon. /.